



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

56. Ne Ecclesiarum rectores subeant homicidij notam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

234 REGINONIS LIB. II.
formem fecerit , impensas in medicos tribuat,
& maculæ pretium & opus ejus , donec sane-
tur , restituat , & dimidium annum pœnitiat.
Si verò non habet unde hoc restituat , annum
unum pœnitiat.

De truncationibus membrorum. *Ex Con-
cilio Mogontiacensi cap. v.*

Concil. Tolet.
11. c. 6.

Burchard. lib.

i. c. 201.

Vide Pœni-

tentiale Rha-

bani c. 30. a.

pud Ant. Au-

gustinum.

L V. His à quibus Domini sacramenta tra-
stantur judicium sanguinis agitare non licet.
Et ideo magno opere talis excessus prohiben-
dus est ; ne indiscretæ præsumptionis motibus
agitati , aut, quod morte plectendum est, sen-
tentia propria judicare præsumant , aut trun-
cationes quibuslibet personis aut per se infe-
rant aut inferenda præcipiant. Quod si quis
quam horum immemor præceptorum , aut in
Ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet per-
sonis tale aliquid fecerit , & concessi ordinis ho-
nore privetur & loco , sub perpetuæ damna-
tionis religatus ergastulo ; cui tamen commu-
nio exeunti ex hac vita non neganda est prop-
ter Domini misericordiam.

Quæ debeat discretio Ecclesiarum rectori-
bus esse ne per inconditam disciplinam
subeant homicidij notam.

Additio IV.

Capitular.

c. 6.

L VI. Cùm juxta antiquæ institutionis edi-
ctum plus erga corrigendos agere debeat be-
nivolentia quàm severitas , plus cohortatio
quàm commotio , plus caritas quàm potestas
adhiberi debet.